CURRENDA IV.

A. D. 1865.

N. 210.

Licentia pro Musica diebus normalibus interdicitur.

Ven. Clerus in Currenda hujate XIV. A. 1864 sub N. N. 2611 et 2826 legit Circulare Inc. C. R. Officii Circul. Cracov. ad C. R. Officia Districtualia resp. intuitu restrictionis licentiæ concedendæ pro musica item invigilantiæ strictæ, nec non severæ mulctationis transgressorum, qui sine obtenta licentia eam instituerent, aut obtentam ultro protraherent, eum ob finem, ut obex ponatur popularium multorum proclivitati, musicam frequentandi, tunc noctu vagandi, potationi ac luxuriæ indulgendi, demum subsequo die ob virium restaurationem a laboribus vacandi. &c.

Hac Inculcatione non obstante, in quodam Circuli antea Bochnen. loco. lucri cupidus Hebræus, licentiam ad Musicam generalem pro 3 mensibus consecutus, festo S. Michælis Archangeli licet festo sic dicto *Normali*, illam cum choreis sine horarum restrictione intertenebat. Exinde rursus querelæ sunt motæ ad Incl. C. R. Circulare Officium Cracoviense, a Quo sequens ad eadem C. R. Officia Districtualia emanavit. Intimatio sub 11. Jan. 1865 N. 12332: „Es ist der Fall vorgekommen, daß ein Bezirksamt zur Abhaltung der Tanz-Musik an einem Normatage die Bewilligung ertheilt hat.

Anläßlich der dießfalls vom Tarnower bischöflichen Consistorium erhobenen Beschwerde, wird dem k. k. Bezirksamte aufgetragen, bei Ertheilung der Tanz-Musiklizenzen auf die Normatage Rücksicht zu nehmen, und zur Abhaltung der Tanz-Musiken an diesen Tagen unbedingt keine Bewilligungen zu ertheilen.

Bei dieser Gelegenheit wird auch dem k. k. Bezirksamte die genaueste Beobachtung der h. o. Verordnung vom 27. August 1864 Z. 9357 eingeschärft."

Dies vero *Normales* (Normatage), quibus Musica cum saltationibus, theatra publica vetantur, in Altissimo Rescripto de 19. Aug. 1826 recensentur: 22. 23. 24. et 25. Dec. *dies Cinerum, a Dominica Palmarum usque ad Dominicam Paschatis* incl. *Dominica Pentecostes. Corporis Christi, dies Annuntiationis et Nativitatis Mariæ*, demum *dies festi Patroni Regni*, qui licet in Altissimo illo Decreto non specificetur, tamen alio Decreto aulico die 12. Oct. 1826 dies iste ceu *Normalis* pro Archiducatu Austriæ præscribitur, adeoq. et apud Nostrates ceu talis observandus venit.

Ven. Clerus, vigil Israelis custos, ultro insudabit instruendo populo de celebratione Dominicarum et festorum cum sui sanctificatione non vero sui et aliorum depravatione; de periculo amittendi innocentiam, sæpe quoque sanitatem &c. invigilabitque musicis et choreis &c.

Tarnoviæ die 19. Jan. 1865.

N. 3998. ex a. 1864.

S. Nicolaus praebet exemplum Presbyteris ad indulgentias vicinas proficiscentibus in zelo animarum &c.

„Hujus S. viri illud insigne est christianae benignitatis exemplum, quod cum ejus civis (Patarae in Lycia) egens tres filias jam nubiles in matrimonio collocare non posset, earumque *pudicitiam prostituere* cogitaret: re cognita, Nicolaus noctu per fenestram tantum pecuniae in ejus domum injecit, quantum unius virginis doti satis esset: quod cum iterum et tertio fecisset, tres illae virgines honestis viris in matrimonium datae sunt.. Viduis et orphanis pecunia, consilio, opera non defuit; oppressos adeo sublevavit, ut etiam tres tribunos per calumniam a Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam ejus miraculorum orationibus longissime absenti commendarunt, adhuc vivens, cum Imperatori, minaciter eum terrens, apparuisset, liberaverit......“ Talia inter alia Ven. Clerus in Officio div. pro 6. Decembris de S. Nicolao deprehendit, admirando zelum, quo aestuabat erga lucrandas cœlo animas. Porro hauritur e traditione notitia, quod Vir tantae eruditionis, pietatis et benignitatis, singulari in juventutem flagrabat charitate, eapropter ejus colitur Patronus. Neminem quoque latet, parentes vel fautores, prolibus morigeris, in vigilia S. Nicolai nomine ejus, pulvinari supponere munuscula, immorigeris autem virgas. Imo ut magis juventus ad diligentiam et obedientiam concitaretur, hinc inde coram prolibus comparet Persona S. Nicolai splendide induta cum donulis et virgis, examinando eos e progressu in addiscendis precibus aut colendis moribus.

In quibusdam locis observantur Parochiani ipso festo Pastoribus suis in ipso templo præsentare munera in *gallis*, *lino*, quasi his symbolis vigilantiam et lenitatem delicate innuentes,

Et quis ignoret Epistolae et Evangelii tenorem, quae pro hocce festo assignata leguntur?! Quis non ruminet **Lectionis** verba: *Optimum est enim* **gratia** *stabilire cor, non* **escis**, *quæ non profuerunt ambulantibus in eis?!* vel: *Beneficentiae autem et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus?!* Evangelium vero de talentis, ostendit servis in eorum administratione fidelibus mercedem gloriae et felicitatis aeternae grandem in cœlis.. ecclesia non minus ipsa celebrat tot et tantas virtutes, quas **Lectio** et **Evangelium** innuit, in Nicolao festivante, Patrono juventutis, nec non exemplari sublimioris et inferioris sacerdotii!

Quoniam festum tanti Sancti incidit in Adventum: in tempus præparationis ad adventum Salvatoris in corda nostra per Communionem sacram, Christifideles copiosissime confluunt in Ecclesiis, ubi indulgentiæ S. Nicolai celebrantur.

Vos igitur Dilecti Fratres in Christo! ad eundem S. Nicolai zelum vocati estis, et propter eundem quotidie dote Ecclesiae fruimur alimurve — premite vestigia hujus Cœlitis. Omnem movete lapidem in præpediendis vitiis, præprimis luxuriae. Et in specie, quotiescumque ad Indulgentias S. Nicolai vel alias properatis, sedulo quærite periclitantes, pauperes spiritu, consilio indigos, oppressos, a conscientiae stimulis agitatos, eosque zelo S. Nicolai

inflammati, in Tribunali assidentes, jam instructione, jam consolatione, jam absolutione ditate, nec non *thesauri indulgentiarum* dignos reddite. Hunc in modum stabilite gratia divina corda, dona beneficentiæ, munuscula vicariæ communicationis fidelibus conferte. Si autem brumæ violentia Vos post Summam adigeret ad calefaciendum, aut vehementiæ æstus ad refrigerandum, meate ad domum plebanalem, ast calefacti, refrigerati, refocillati, ad templum redite, poenitentes quærite, qui primum post templi evacuationem comparent copiosi, reconciliationem anhelantes. Juvenes et senes, Presbyteri *unitis viribus* operi regenerationis insudate; nam alias ob nimiam copiam si jugum traherent pauci, pœnitentes magis retraherentur a Sacramento pœnitentiae, eis ansa oblocutionis præberetur et prandium ad horas vespertinas protraheretur. Qui nullum mundasset lavacro pœnitentiæ eodem die, supra prandium recordatus otii, in proximi detrimentum, cum Tito Augusto, ethnico, de se edicere cogeretur: *Amici, diem perdidi.*

Tarnoviæ die **31. Dec. 1864.**

N. 1023.

Excitatio ad plantandas varii generis arbores. &c.

Nostrum latet nullum, quod inter populares tædium reperiatur laboris, defectus industriæ et parsimoniæ, violationesque substantiæ proximorum in arboribus et segetibus, in sylvis et pratis perpetrentur.

Nemo quoque nostrum inficias ibit, extirpationem ejusmodi vitiorum ad muneris nostri partes spectare, hinc quoad læsiones sine intermissione clamemus: laborandum non furandum, conferendum non auferendum — quia *non dimittitur peccatum, donec restituatur ablatum.* S. Aug. &c.

Ejusmodi violationes certe minuerentur, si agricolæ omnes plantarent arbores ad vias, ripas, acclivia, et prata: *) circa sepimenta, domos, ædificiaque oeconomica, si colerent hortos pomiferos. Ingruit nunc plantationis tempus. Ven. Clerus desuper excitatus pluries, modo rursus inviatus non solum exemplo prælucebit, verum inculcabit quoque officium augendi bona, quæ augeri possunt, non autem in varia eo minus in potationem aut lasciviam dissipandi; porro trahendi emolumentum e terra nobis a Patre in cœlis concessa, quæ tanta offert spatia pro plantandis arboribus, ligna pro foco, et pro ædificiis, alimentum apibus, poma hominibus large suppeditantibus. Indigitabitis ejusmodi loca, offeretis arbusculas fructiferas.. inculcabitis invigilantiam pastoribus, ne pecora eas lædant; immo conscientiam pulsabitis, ne quis audeat frangere aut extrahere plantatas — motiva adducendo, quod responsabilitas coram Deo multiplex esse censetur pro iis, qui arbusculas, quæ erescerent, poma ferrent, e medio tollunt proximo.

Deus, qui creavit terram et in terra tot tantaque utilitati nostræ destinavit, probos ejus cultores benedictione larga cumulet et improbos gratia Sua ad saniora concitet.

Tarnoviæ **9. Mart. 1865.**

---

*) Volupe erat antea, recubare sub tegmine fagi, tilii aut quercus, in camporum medio, vel ad vias consistentium, quando vehementia æstus infestabat; modo quæque arborum pretii erant, excisa, campi radiis solaribus undique expositi, agricolae requiescunt sine umbra, imo et pecora lassa.

N. 1019.

Reclamationes ad varia Officia quando instituendae.

Non raro accidunt casus, ut jam P. T. Parochi aut Decani ad Nos vel ad Instantias alias immittunt pecunias, aut pro Currendis, aut taxis, aut e collectionibus... aut Documenta, imo syngraphas aut Petita gravis momenti, quin contestationem aut Resolutionem debito tempore consequantur ab Instantiis requisitis aut salutatis.

Qualitas securitasve ejusmodi negotiorum id postulare censetur, ut Respectivi *reclamationes* desuper ad Instantias quæstionis expediant, idque tempestive, quatenus, si transmissa in via evanuerint, quærenda instituí queat opportuna.

E contra nuper accidit, ut Currendæ per plures menses, a Nr. XVII. incipiendo, ad finem anni.... ad quoddam Officium Decanale non appellerent.. et nihilominus ad Nos e parte V. Officii Decan. resp. nulla emissa fuit reclamantio. Idcirco damnum fors non exiguum pro variis jam Personis jam Institutis... emergere potuit.

Ex hac occasione cautiores reddimus Perillus. Decanos, ut hoc in obtutu, quia ferme omni mense Notificationes Consistoriales ad omnes Diœceseos plagas expediuntur, heic Officii quæstionem forment, ne respublica quid detrimenti capiat.

Tarnoviae die 13. Mart. 1865.

L. 756.

Zabezpieczenie kościołów i zabudowań plebańskich od pożarów.

Szan. Dyrekcya Towarzystwa wzajemnych ubezpieczeń od ognia w Krakowie pod d. 8. Lut. b. r. L. 48 oznajmuje, że w celu zasłonięcia kraju od klęsk tego rodzaju rozesłała do Szan. Duchowieństwa *Okólnik* zachęcający ich, aby kolatorów i strony konkurujące do zabezpieczenia rzeczonych budynków od szkód ogniowych w Towarzystwie Krakow. nakłaniać zechciało.

Znane są przykre stosunki i trudności wynikające z pożaru kościołów lub pobudynków Plebańskich. Ze względu ich Szanowni Zarządzcy kościołów staranie swoje kierować będą ku osiągnieniu zabezpieczenia w mowie będącego.

Tarnów 2. Marca 1865.

N. 37. 60. 130. 145. 148. 175. 188. 263. 315. 328. 392. 448. 548. 550 + 688. 628. 687. 913. 1042.

I. Series collectionum piarum.

I. E Decanatu *Dobczyc.* in rem **Claustri et templi PP. Franciscanor. Premisl.** 66 fl. 40. x. nimirnm e *Droginia* 5 fl. 90 x. e *Dobczyce* 19 fl. 62 x. e *Dziekanowice* 4 fl. e *Gruszów* 2 fl. 10 x. e *Łapanów* 6 fl. e *Raciechowice* 4 fl. 10 x. e *Siepraw* 15 fl. 44 x. e *Tarnawa* 1 fl. e *Trzemeśnia* 5 fl. 30 x. e *Wiśniowa* 1 fl. 74 x. e *Zakliczyn* ad Siepraw 1 fl. 20 x.

II. E Dec. *Bialen.* pro missionibus PP. **Mechitaristarum** e *Dankowice* 5 fl. 50 x. in rem s. **Infantiae Jesu** 31 fl. utpote e *Bestwina* 1 fl. 20 x. a schola puerorum Capit. *Bialens.* 15 fl. a schola vero puellarum Capit. 15 fl. 30 x.

NB. **Error typi**. In Cur. XX. 1864. Consignatio VI. sub V. exhibet in rem Mission. PP. Mechitaristar. e *Hałcnow* tantum 1 fl. 35 x. pro 135 fl.

III. E *Conventu* St. Monialium Vet. *Sandec.* pro s. **Infantia Jesu** a puellis scholae illatis 10 fl.

IV. E *Dobra* 35 fl. pro Miss. **PP. Mechit.**

V. E Decan. *Bobovien.* pro combusta Ecclesia **PP. Francis. Premysl.** 4 fl. 50 x. et quidem: a P. T. Curatis in *Cieszkowice* et *Korzenna* per 1 fl. in *Brušnik* 70 x. ab A. R. Parochis *Brunkala*, *Towarnicki*, *Świderski*, *Grausz*, *Solarczyk* et *Baniak* per 20 x. a Ro Cooperatore *Piątek* 50 x. et Ro *Maciąga* 40 x.

VI. E Dec. *Zywiec.* 11 fl. videlicet a) pro **inundatis** in Circulo *Premisl.* a Parochianis in *Lipowa* 4 fl. 90 x. et a Parochianis in *Rychwałd* 3 fl. 10 x. b) pro **Claustro** PP. Francis. *Premisl.* e *Rychwałd* 3 fl.

VII. E *Kolbuszowa* in favorem Mission. PP. **Mechit.** 56 fl.

VIII. E Dec. *Bialen.* in rem s. **Infantiae Jesu** 11 fl. 40 x. ut: e *Bestwina* 2da jam vice 1 fl. 10 x. e *Lipnik* 1 fl. 90 x. e *Willamowice* 8 fl. 40 x.

IX. E Dec. *Wadowic.* a) pro Missionibus in **Africa** et **America** 13 fl. 41 x. sic: e *Frydrychowice* 7 fl. 91 x. e *Klecza* 2 fl. 50 x. e *Woźniki* 3 fl. b) pro Missionibus PP. **Mechit.** 107 fl. 59 x. utpote: e *Frydrychowice* 3 fl. 70 x. e *Klecza* 25 fl. 50 x. e *Tłuczań* 24 fl. 15 x. e *Wieprz* 33 fl. 90 x. e *Woźniki* 6 fl. e *Barwałd* 14 fl. 34 x.

X. E *Lisiagóra* in rem Mission. PP. **Mechitar.** 54 fl. 31 x.

XI. E Dec. *Oświęcim* a) pro Mission. PP. **Mechitar.** 336 fl. 10 x. ut: ex *Oświęcim* 78 fl. 30 x. ex *Osiék* 5 fl. 66 x. e *Gierałtowice* 23 fl. 60 x. e *Polanka* 44 fl. 68 x. e *Grojec* 12 fl. 50 x. e *Witkowice* 13 fl. 21 x. e *Piotrowice* 41 fl. 43 x. e *Włosiennica* 12 fl. 10 x. e *Poręba wielka* 25 fl. 42 x. e *Bulowice* 4 fl. e *Przeciszów* 35 fl. e *Zator* 26 fl. 50 x. e *Nidek* 13 fl. 70 x. b) e *Gierałtowice* pro **Claustro** Prem. PP. **Franc.** 4 fl. c) e *Bulowice* pro Miss. in Africa 4 fl. pro s. **Infantia Jesu** 4 fl. et pro Claustro PP. **Franc. Prem.** 2 fl.

XII. E *Piwniczna* 38 fl. 69 x. pro Miss. PP. **Mechitaristarum.**

XIII. E Dec. *Skavin.* 120 fl. in favorem Missionum PP. **Mechitar.** nimirum: e *Gaj* 25 fl. 75 x. e *Głogoczów* 10 fl. 59. x. e *Marcyporęba* 17 fl. e *Mogilany* 16 fl. 65 x. e *Pobiedr* 10 fl. 30 x. e *Przytkowice* 13 fl. e *Radziszów* 13 fl. 70 x. e *Zebrzydowice* 13 fl.

XIV. E. Dec. *Myślenic.* in rem Mission. PP. **Mechitaristar.** 136 fl. 27 x. atque ita: e *Jawornik* 4 fl. 11. x. e *Trzebunia* 14. fl. 86½ x. e *Sulkowice* 33 fl. 21½ x. e *Bieńkówka* 10 fl. 18 x. e *Krzywaczka* 6 fl. 20 x. ex *Izdebnik* 13. fl. 78 x. e *Lubień* 31 fl. e *Pcim* 10 fl. 30 x. ex *Harbutowice* 11 fl. 7 x. e *Myślenice* 2 fl. V. A. e *Lanckorona* 18 fl. 40 x.

XV. E Dec. *Pilzn.* 18 fl. 94 x. pro iisdem, ut: e *Łękawica* 8 fl. 80 x. e *Pogorska wola* 10 fl. 94 x.

XVI. E *Rabka* pro iisdem 44 fl. 1 x.

XVII. E Dec. *Neoforen.* dtto 57 fl. 6 x. utpote: e *Czarnydunajec* 35 fl. 42 x. e *Neoforo* 16 fl. 87 x. e *Klikuszowa* 2 thal. seu 4 fl. 40 x. ex *Harkłowa* 5 fl. e Klikuszowa 50 fl.

Ex his aliisque collectionibus pios in usus perspicere valet Ven. Clerus, quosdam Decanatus non solum precari: Adveniat regnum Tuum... sed mammona etiam iniquitatis preces fulcire suos non exigua.. non Rectores duntaxat Ecclesiarum, verum Parochianos quoque, excitatos per Illos.. alios vero aures censeri obturare ad voces supplicantium pro sedentibus in umbra mortis, aut infortunio pressis.. Hos Illosve contentari Decanos, si Ven. Clerus, quidquam conferat.. haud instantes, ut populus quoque, post subditela ablationem majori ex parte opulentior ad misericordiæ et religionis opera exstimulctur. Quidquid ex Eorum zeli defectu, Regno Dei detrahitur aut miseris defalcatur, haud difficile conjectu, detrimentum ejusmodi cadere in humeros Indifferentium.

Agite ergo Fratres in Christo Dilecti! ut ex mammona, quæ nunc tantopere periculo exponitur, reddatis Patrem cœlestem placabiliorem, imo faciatis Vobis amicos.. deprecaturos pro cunctis Largitoribus.

Agilibus Perillustr. Decanis et A. R. Parochis Cooperatoribusque zelosis laudem hisce attribuimus publicam, commendantes Ipsis, ut Parochianos etiam largos ex ambone collaudent ac nomine Nostro benedicant. Pro cunctis ad seriem hanc spectantibus Largitoribus e parte Nostra preces fundimus ad thronum divinæ Majestatis pro largissima ipsorum benedictione cœlesti.

Tarnoviæ 12. Mart. 1865.

L. 4013 z roku 1864.

Wykaz

rzeczy do kościołów parafijalnych Dekanatu Czchowskiego częścią przez WW. księży Proboszczów częścią przez ich pobożnych parafijan od Października 1863 do Października 1864. sprawionych, i różnych przy tychże kościołach i budynkach plebańskich podjętych reparacyj, sporządzony podczas wizyty dekanalnej w Październiku 1864 odbytej.

I. W Biesiadkach. JM. Ks. Jędrzej Mirocha Pleban sprawił w roku 1864 ornat fioletowy w miejsce starego, pod liczbą porządkową 62. wartości 25 złr. a. w. a stary zreparował, który będzie miał jeszcze do użycia i na śmierć do trumny będzie mu służyć, więc za życia sobie ten zreparowany na śmierć przeznaczył. — Tenże Ks. Jędrzej Mirocha własnym kosztem kupił blachy do kuchni i sztabki pod nie, oraz blachy do małege pokoju sypialnego i sztabki pod nie i rury dwie do pieców, za wszystko zapłacił 14 złr. a. w. — okno nowe do kuchni w r. 1863 — drabinę na dach do komina sięgającą — wszystko wartości 4 złr. a. w.

II. W Czchowie. Czarny z manszestru ornat z srébrnemi galonami i kolumną fioletową przez Pannę Marasse Felicyją i Piotra Kosińskiego sprawiony wartości 25 złr. a. w. — Kapa czarna z manszestru nowa ze składek parafijan sprawiona wartości 40 złr. a. w. — Kaplica nowo otwarta na południowéj stronie kościoła farnego na cześć N. M. Panny poświęcona. Ołtarz z wszelkiemi potrzebami zupełnie nowy za staraniem miejscowego Proboszcza a kosztem młodzieńca Piotra Kosińskiego i parafijan sprawiony; wartości 500 złr. a. w.

III. W Domosławicach. Wielmożna Pani Aleksandra Woll umbraculum na kanwie. Wielmożna Pani Emilija Stoj velum na puszkę. Pani Marya Galik organiścina 10 złr. a. w. na wyzłocenie kielicha i obrus na wielki ołtarz, Pan Franciszek Galik organista dwa dzwonki, jeden wraz z przyrządem do zakrystyi, a drugi do ołtarza. Wiktorya Kolaczka gospodyni z Faliszowic sukienkę na statuę Matki Boskiej Różańcowéj. Małgorzata Szot gospodyni z Biskupic przykrycie czerwone na wielki ołtarz. JK. Pleban kosztem swoim sprawił złote ramy do umbraculum, postument i szafkę do zachowania tegoż wartości 12 złr. 30 kr. a. w. dzwonek do sygnatury wartości 10 złr. a. w. wysrebrzenie trybularza i łódki 5 złr. a. w. poduszka paciorkowa na wielki ołtarz 12 złr. a. w. obydwa godła zmartwychwstałego Zbawiciela wartości 12 złr. a. w. stuła biała 3 złr. a. w. posadzka z kamienia szlifowanego w całym kościele obejmującym 315 łokci kwadratowych, łokieć kosztuje 70 kr. całkiem 220 złr. 50 kr. a. w. Ks. Pleban dał pieniądze, a parafijanie podwody pod kamienie i pomocników przy układaniu — trzy części są już ułożone, czwarta część z powodu nastałych zbiorów, odłożoną została na rok przyszły. JK. Pleban swoim kosztem poprawił wszystkie stodoły, stajnie, chlewy, szpichlérz i płoty, koszta wynoszą 163 złr. a. w.

IV. W Paleśnicy. W r. 1864 nakładem Wielmożnego Ks. Macieja Klimowskiego Plebana miejscowego kupiono dwa zamki z dwoma kluczami: jeden do drzwi szpichlerza plebańskiego, a drugi do drzwi śpiżarni plebańskiéj za 3 złr. 30 kr. a. w.; oprawiono kurendy drukowane łacińskie i szkolne od r. 1856 do 1863 włącznie w trzech osobnych tomach za 3 złr. a. w., naprawiono dwa piece w pokojach, wybielono 4 pokoje, kuchnią, śpiżarnię i sień za 15 złr. 60 kr. a. w.; kupiono 10 okrajków na podłogę do piwnicy za 3 złr. a. w. za któréj ułożenie dano majstrowi 40 kr. a. w.; naprawiono dachy, do czego potrzebne gonty i gwoździe z majstrem kosztowały 1 złr. 80 kr. a. w., kupiono sieczkarnię i młynek do czyszczenia zboża na miejsce zgorzałych w maju 1864 za 55 złr. a. w. — summa 82 złr. 10 kr. a. w.

Konkurencyja odbudowała dwie stodoły, zniszczone powstałym z niewiadoméj przyczyny dnia 23. maja 1864 w nocy pożarem za 1000 złr. a. w. — kosztem téjże konkurencyi ponaprawiano w jesieni porysowane od dawna mury kościoła wewnątrz i wybielono cały kościół z zakrystyją wewnątrz; naprawiono także mury cmentarza przy kościele i takowe dwa razy obielono — w jednym pokoju mieszkania ks. Plebena dano nową podłogę,

w kuchni zreperowano dwie zbutwiałe ściany i powałę, tamże do dwóch okien nowe słupki dano i cztéry nowe tragarze długości 9. łokci podciągniono. Nad tą kuchnią dano nowy dubeltowy dach z gontów i trzy kominy w mieszkaniu Ks. Plebana nad dachem zębem czasu uszkodzone naprawiono i obielono. — W sieni Plebanii kawałek nowéj podłogi z desek ułożono i całe pomieszkanie z frontu otrynkowano, obielono i na około rynnami opatrzono. — Daléj nakładem téjże konkurencyi pobito dach na wozowni, szpichlerzu i chléwkach nowémi, pojedynczémi gontami, a w stajni końskiéj dano nową podłogę i nowy żłób. — W kościele naprawiono stopień przed ołtarzem św. Klemensa, cztéry ławki i dwa konfesyonały, a pod dzwonicą schód na chór prowadzony. — Na te wszystkie reparacyje wydano 505 złr. a. w. W szkole Paleśnickiéj w r. 1864 wybielono dwie izby z piecem, naprawiono podłogę i podnóżki pod ławkami kosztem wcielonych do téj szkoły gromad: Bonowy, Dzierżanin, Olszowy i Paleśnicy, który wynosi 8 złr. 52 kr. a. w. — Ogółem koszta łożone w r. 1864 przez konkurencyję na odbudowanie dwóch stodół i na różne reperacyje wynoszą 1513 złr. 52 kr. a. w.

V. Z Tymowy. W. Pan Karol Stobnicki c. k. Major i kollator darował na stopnie wielkiego ołtarza dywan wartości 20 złr. w. a.; dał gotówką 22 złr. 50 kr. a. w. dodatku do dzwonu; także 15 złr. a. w. gotówką do baldachimu, który 40 złr. a. w. kosztuje. W. P. Maryja Stobnicka darowała obrus wartości 8 złr. a. w. W. P. Siedlecki dzierżawca części Tymowy dał 30 złr. a. w. na kapę białą, która 45 złr. a. w. kosztuje. N. N. darował mały dywanik na stopień bocznego ołtarza wartości 4 złr. a. w. Tomasz Solak darował rzemień do sygnatury za 2 złr. 10 kr. a. w. JKs. Proboszcz Rozwadowski dał gotówką do kapy białéj 15 złr. a. w., gotówką 6 złr. a. w. do baldachimu; sprawił welum do zwykłego użycia za 3 złr. 50 kr. a. w. i obrus za 3 złr. a. w. Parafijanie złożyli na baldachim 19 złr. a. w. Konkurencyja pobiła kościół z północnéj strony, zrobiła za usilnem staraniem Ks. Plebana kanał z piwnicy do 100 łokci długości, na co gotówki 35 złr. a. w. wyszło. Własnym niemałym kosztem Ks. Pleban postawił koło plebanii żywy płot grabowy; poszył słomą budynki gospodarcze; wiele poniósł kosztu do obsuszenia plebanii, dźwigając całe podwórze i sprowadzając wodę w pewne punkta, która piérwéj cały dom mieszkalny zalewała; podniósł stan ogrodu szczépieniem i przesadzaniem nabytych drzewek do 100 sztuk.

Podajemy spis niniejszy do wiadomości na pochwałę i zachęcenie, życząc błogosławieństwa doczesnego i wiecznego za te różne dary i ofiary i t. p.

Tarnów 5. Stycz. 1865.

№ 684 et 647.

Piis ad aram precibus commendatur:

Anima A. R. Josephi Żychoń Parochi Sobolow, 79 an. Sacramentis morib. provisi, die 13. Feb. et Relig. Adriani Podporski Fratris laici professi Conventus PP. Refor. in Wieliczka die 9. Jan. 1865 demortuorum.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 16. Mart. 1865.

Josephus Alojsius.

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1865.